



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Conclvsio XLIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

inquit Christus, Quæ quæcumq; eget, toleratur potius q̄ com
mendatur, immo ut Glo. dicit.lib.v. de pœni. & re. Quod aut
& multi alij, melius facerent, ut p se satissfacerent, & nō redime
rent uenias, quas tamen nō nisi criminosi redimere opus habet

C O N C L V S I O XLVII.

Docendi sunt Christiani, quod n̄isi superfluis abundant
necessaria tenentur domui sui retinere, & nequaquam pro
uenijs effundere;

Q V I A Apostolus dicit, Qui suis & maxime domesticis nō
prouidet, fidem negavit, & est infideli deterior. Sed sunt multi,
qui nec panem, nec uestem commode habent, & tamen crepi
tu & strepitu uenialium prædicatorum inducti, seipsoſ fraudat,
& inopiam suam conficiunt, ut illorum copiam augeant.

C O N C L V S I O XLVIII.

Docendi sunt Christiani, quod Papa, sicut magis eget,
ita magis optat in uenijs dandis, pro se deuotā orationem,
quam promptam pecuniam.

H A N C conclu. riderent dñi nostri Curtesani Romanæ cu
riæ conscij. Certum tamen est, quod ante omnia debet pōtifex
a suis subditis optare orationē, sicut & S. Pau. s̄epius a suis opta
uit. Et hæc est multo iustior ueniarū dandarum causa, q̄ si mille
struerentur basilicæ, eo quod summus pontifex tot monstrib⁹ dē
monum & impiorum hominū obſeffus magis quam stipatus,
non possit errare, n̄isi cū totius ecclesiæ maximo malo, tunc ma
xime, si libenter audierit, hanc pestilentem Sirenarum suarum
uocem, NON PRAESUMIT VR TANT AE celſitudi
nis apex errare. Itē & illa, OMNIA IVRA POSITIVA
sunt in ſcrinio pectoris ſui. Non præſumitur quidem errare, ſed
an bona ſit illa præſumptio queritur. Et ſunt quidem in ſcrinio
pectoris eius omnia iura ſua, ſed an pectus eius bonum ſit, quæ
titur, id enim oratione curandum eſt. Sed de hāc re omniū pul
cherrime B. Bern. ad Eugenium Papam de Conſyderatione.

C O N C L V S I O XLIX.

Docendi sunt Christiani, quod ueniae Papæ ſunt utiles,

H. iiiij

M. L. RESOLV TIONES DE VIRTUTE IN
si non in eas confidant, Sed nocentissimæ, si timorem dei
per eas amittant.

VIDE itaq; periculum, Populo ueniæ prædicantur directe
aduersus ueritatem crucis & timoris dei, Quia permittitur liber
tas eorum a poenis, deinde securitas remissorum peccatorū. Et
euidens signum uidetur, uenias tali iactantia prædicatas nō esse
ex deo, quod populus pronius accurrit, acceptat, obseruat, q̄ ip-
sum sanctum euangelium dei, ut probetur ueritas, quia quod
ex deo uenit, fastidit mundus, aliis uenit in nomine suo, & hūc
fuscipit. Et erroris causa sunt ipsi fabularū talium magistri, qui se
dulius & pomposius, q̄ euangelium, eas prædicant, tum quod
omnibus prædicant, quæ paucorum sunt. Nam ut supra patuit,
Veniæ sunt relaxationes, licentiæ, permissiones, atq; indulgen-
tiæ, & ueræ indulgentiæ (si rigidam uerbi significationē accipi-
mus) id est, molliculæ permissiones, delicatorum, frigidorum,
durorum Christianorū, id est, Gabaonitarum & Hydrophoro-
rum ac seruorū, magis quam Israelitarū principum atq; filiorū.

Probo autem conclusionem.

Si opera charitatis feruide agentiū, sunt talia, ut nemo in eis
cōfidere, aut securus esse possit. siquidem & Iob sanctissimus ue-
retur omnia opera sua. Et, Beatus uir qui timet dominum.

Item, Beatus uir, qui semper est pauidus, quantum agis ueniæ
incomparabiliter inferiores talibus operibus, plus q̄ cum timo-
re fuscipienda, & minus q̄ fiduciā inimicā, id est, nullā pro-
sus debemus habere. Sanctus timet, ne minus operetur, aut pa-
tiatur q̄ debet. Et ubi peccator erit, cui remittitur, ut minus agat
& agere possit. Et quantū nostros uaniloquos, & mentiū corru-
ptores intelligo, faciunt nobis ex negotio indulgentiarū, nego-
tium perambulans in tenebris, & operationē erroris, dum per
illas hominibus fiduciā suadent oībus. quæ tamen paucis con-
ueniunt, & ijs (ut dixi) frigidis, ac infirmis. Vide ne exinde factū
sit, magistro sancto spiritu, ut proprio eorū testimonio appellēt
Negotium S. Petri, negotium sancti spiritus, quasi ipsimet consi-
teantur negotiatores sese esse, & Simonenses nundinas habere

Quod aut̄ dixi, sunt utiles, intelligo, non omnibus, imo uete-
ti homini, & sterternibus operarijs, eo qđ melius sit illis eas re-

D V L G E N T I A R V M A D L E O N E M X I . P . M .

mitti poenas, quā ut ferrent inuitate, ueruitamē ista uoluntate eis
permitta propter maius malū uitandū, nō debent secure frui, ne
q̄ in ea cōfidere, sed eo magis dolere, & timere quod tales sunt,
qui egent propter maius malū in minore malo relinqui. Quan-
do uiderunt etiā eos timere, qui seruentissime in bono pficiunt
ideo dixi esse nocētissimas, si sine timore de talib⁹ licentia gaudeat

C O N C L V S I O L.

Docendi sunt Christiani, quod si Papa nosset exactiones
uenialium prædicatorum, mallet Basilicam S. Petri in cine-
res ire, quā ædificari cute, carnibus & ossibus ouium suarū.

SIC enim nostri uenatores robustissimi, postq̄ omni Chri-
stianæ uitæ ordini statū pecuniae numerū indixissent, tandem &
uxores mendicare docent, etiā inuitio viro, & Fratres mendicā-
tes, etiā iuuitis prælatis suis, alicunde corradere, ut oīno nullus
sit, qui residuū oboli habet, quin huc tribuat. Deniq̄ factū est, ut
tunicas etiam uendere hortentur, aut undecūq̄ mutuare, quod
& factū dicitur. Ego uero sapio, quod cū indulgentiæ sit uilissi-
mū bonum oīm honorū ecclesiæ, nec nisi uilissimis ecclesiæ do-
nandū. deinde nec meritorū, nec utile, sed plerumq̄ nocentissi-
mū, si non sūnt timorati, qd maledictione digna sit talis doctri-
na, & contra mandata dei. Vxor enim debet sub uiri potestate
esse, & eo inuitio nihil facere, etiam si esset meritorū, multomi-
nus mendicare pro uenijs sibi nō necessarijs forte. Tum religiosi
suam obedientiā seruare etiam si possent alibi martyrio corona-
ti, nec papa unq̄ intendit contrariū, sed falsi interpretes illius. Ali-
us uomat stomachū, ego me cohibeo, unū dico, hinc saltem in-
telligo lector, an nō suis prædicationibus pestilentiosis id agant
ut populū credere faciant, quasi sit salus in uenijs, & uera dei gra-
tia, alioquin quomodo tā anxie eas cōmendant, ut opera me-
ritoria, & mandata dei propter illas irrita facerent. Adhuc tamē
sunt adeo nō hæretici, ut glorientur se hæreticorū persecutores.

Hoc scilicet uoluit papa, ut homines suæ curæ commissi, pro-
pter lapides & ligna usq; ad uiuam cutem radātur: immo ut pe-
stilētibus doctrinis ab istis latronibus & furibus (ut Christus ait)
maстtentur & perdātur. Melius erat Cæsarem illum habere, qui
dixit, Boni pastoris esse oues tundere, non deglubere. At ij non

H v